

meridianam hora quinta magnificus dominus rector pacem indixit digladiantibus statuens diem ad alteram horam octavam, qua clarissimus dominus doctor dissolvere pollicitus. Deducta, quia novis supervenientibus negotiis et arduis recesserat dux Georgius illustrissimus cumque suo filio ... reversus disputationi etiam intererat demptis diebus dominicis ante prandium et duobus diebus ante ac post videlicet sanctorum Petri ac Pauli apostolorum et visitationis gloriosissime virginis Marie¹⁴⁹. A die vigesimaseptima Junii usque ad decimamquintam mensis Julii ad vesperam etiam disputarunt et eisdem solennitatibus, quibus celebrationibus etc. „Veni, sancte spiritus“ inceperunt, finierunt: „Te deum laudamus“. Alia plurima habentur in litera. Decimaseptima finita sicque disputatione mensis Julii venerunt Romani Imperij elector princeps marchio Brandenpurgensis, Brandenpurgensis episcopus, conservator Wittenpurgensis universitatis¹⁵⁰.

¹⁴⁹ 29. Juni und 2. Juli.

¹⁵⁰ Eck erzählt in der „Ingolstadt 19. Oktober 1519“ unterzeichneten Widmung zu seiner *Ad criminatricem Martini Luders offensionem* . . . responsio, daß nach Beendigung der Disputation Kurfürst Joachim I. von Brandenburg vom Frankfurter Wahltag nach Leipzig gekommen sei und durch Cäsar Pflug ihn zu sich eingeladen habe. In seinem Gefolge sei der Bischof von Brandenburg (Hieronymus Scultetus) gewesen, der ihn in seine Herberge gerufen und ihm die beiden Anklageschriften der Jüterboger Franziskaner (Enders II 36) vorgelegt habe.